a docuit. humilitas in conuersatiōe stabilitas in fide. verecundia in verbis. in factis iusticia. in moribus disciplina. in fratribus pax. amare in deo ꝙ pater est. timere ꝙ deus est. cristo nihil preponere. quia nec ipse quicquam vobis preposuit. quando se exposuit morti pro nobis. si hec fiant tunc fit voluntas dei. Hec voluntas bona est incipientibus. beneplacens proficientibus. perfecta perfectis. ⁊ nihil vltra querentibus

Quantam vero dignitatez consequimur ex adimpletione voluntatis diuine. ostenditur. Mathei. xiij. Quicūqz fecerit voluntatez patris mei qui in celis est ipse meus frater soror ⁊ mater est.

Quatuor autem sunt que diuinam voluntatem impediunt

Primum est malicia mentis. s. Libido nocendi. cum dominus iubeat nos benefacere. etiaz inimicis. Mathei. v Diligite inimicos vestros. ⁊ benefacite hijs qui oderunt vos

Scd̄m est infirmitas corporis. cum frequenter molestum est quod precipit dominus. Mathei. xxvi. Spiritus quidem promptus est. caro autē infirma.

Tercium ꝯcupiscencia. que nos multipliciter distrahit desiderijs. Ecclesiastici. xviij. Post concupiscencias tuas nō eas. ⁊ a voluptate tua auertere

Quartum est ignorantia. quia in tenebris huis vite plurimam ignoramus dei voluntatem Romanos. viij Quid oremus sicut oportz nescimus

Contra primum necessaria est iusticia vt quod volumus nobis fieri aliis faciamus. Mathei. vi. ¶ Contra scd̄m necessaria est fortitudo. Joelis vltimo. Infirmus dicat fortis ego sum ¶ Contra tercium necessaria est temperancia. Ecclesiastici. xxv. ¶ Ne des aque tue exitum. nec mulieri nequam viā per te eundi.

Contra quartum necessaria est prudencia. Sapiencie. ix. ¶ Mitte illam a sede magnitudinis tue vt mecum sit ⁊ mecum laboret ⁊ sciam quid acceptum sit apud te omni tempore.

¶ Eodem die

## ¶ Sermo octuagesimusnonus

Attendite a falsis prophetis. xx. Videndum est in hijs verbis qui sunt falsi prophete. qualiter decipiant ⁊ qualiter noceant. ¶ Falsi prophete sunt illi tres spiritus De quibus Apocalipsis. xv. Vidi de ore draconis. ⁊ de ore bestie. ⁊ de ore pseudo prophete exire tres spiritus immundos in modum ranarum. sunt em̄ demonioruz facientes signa ⁊ procedūt ad reges tocius terre. ¶ Draco est diabolus qui peccatorum animas insaciabilit̄ deuorat. ¶ Bestia mundus qui vires amatorū suorum deuastat. Pseudo propheta. caro que quotidie nobis necessitates suas prenunciat

Tres spūs egredientes ex ipsis. sunt Vanitas Cupiditas. ⁊ Voluptas Vanitas elationis exit ab ore diaboli Cupiditas terrenorū exit ex ore mūdi ¶ Voluptas sensibilium ex ore carnis. Qualiter spiritus isti decipiant. notat̄ cum dicitur. veniunt ad vos in vestimentis ouiuz. viderunt tibi falsa ⁊ stulta. nec aperiebant iniquitatem tuam vt te ad penitenciam


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG